



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quod sit praemium piè, & quod malè tractantium nomen Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

vbi est honor meus? Et si Dominus ego sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum? Quilibet tenetur ad laudem nominis Dei semper & omni tempore sicut Psalmista dicit: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: & tenetur operam dare, vt ab alijs & vbiq; nomen Dei honoretur & glorificetur, non blasphemetur: Blasphematur autem, quandò doctrina falsa pro vera docetur: vbi falsitas honoratur, & veritas nominis Dei dehonatur: quandò verbo Dei non creditur, si vbi nomen Dei blasphemetur, quasi verax non sit: sic qui negat fidem Christi, & qui dicit Deum patrem suum in coelis, & tamen non vult obedire Deo & seruare eius praecepta, hæc contumelia in Deum est, sicut patri carnali est indecorum, si filiū habet indisciplinatum, & sic dicit Deus Ezech. 36. Nomen meum blasphematur inter gentes propter vos, &c. Rom. 3. Nomen Dei per vos blasphematur. 2. Petr. 2. Per quos via veritatis blasphematur.

3. Tertiò, Tobia 1. legitur, quomodò Tobias in Hierosolyma intrabat templū Dei, & ibi adorabat & sanctificabat nomen Dei, & nolebat inhonorare Deum, adorando vitulos aureos quos erexit Ieroboam, 3. Reg. 12. & Dominus fuit cum eo. Et Christus promittit copiosam mercedem in cælo ijs, qui propter gloriam nominis sui odio habentur Matt. 5. Sic quoque Deus promittit 1. Reg. 2. Quicumq; honorificauerit me, glorificabo eum, & Psal. 14. Timentes autem Dominum glorificat. Qui ergo de honore & sanctitate nominis Dei augenda cogitat, vt hoc semper laudetur & glorificetur ab omnibus, is iterum glorificabitur omni honore & fortuna hinc & in futura vita: qui autem blasphematur per se, aut occasionem alijs dat, is quoque punietur in hac & post hanc vitam. Nec euadet pœnam, qui nomen Domini facit blasphemare, sic dicitur Dauidi 2. Reg. 12. Verū tamen quoniam blasphematur.

LI
blasphematur, qui
Sennacheribum, & f
nec defertur
de popul
Balaam p
nicari po
retur, &
tur, & no
lia homin
nam Bala
coram fil

D

1. Qu
2. Qu
3. Qu
in
in



putat hon
tiam don
tur contr
firiam ad
3. Beati qu
firia Chr
ra Deo po

blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, filius tuus, qui natus est tibi, morietur. Et rex Assyriorum Sennacherib propter blasphemias quas fecit in Deum, & fecit dici regi Iuda, scilicet quod Deus illum nec defendere aut iuuare posset, vna nocte per angelum de populo suo interficiuntur 185. millia hominum. Et Balaam propheta dedit consilium regi, vt faceret fornicari populum Israël, & sic Deus eorum inhonoraretur, & permetteret eos cadere: & populus fornicatur, & nomen Dei blasphematur, & occisi sunt 24. millia hominum, Num. 25. Apocalyp. 2. tenentes doctrinam Balaam, qui docebat blasphemiam & scandalum coram filiis Israël, edere & fornicari.

DE REGNO DEI.

CAPVT XXVII.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit regnum Dei.*
2. *Quomodo ad nos perueniat regnum Dei.*
3. *Quomodo oporteat quotidie regnum carnis in nobis corrumpi, vt crescat regnum Dei in nobis.*



Apostolus dicit ad Rom. 14. Regnum Dei est iustitia, pax & gaudium in Spiritu sancto, id est, his rebus regnat Dominus Deus in omnib. qui in regno suo sunt, iustitia primò, quã dat ipse Deus, & imputat homini propter Christum, hoc est, Christi iustitiam donat & imputat peccatori, qua iustus reputatur contra demonem, peccatum & infernum, & hanc iustitiam ad Phil. 3. petit Apostolus, & Christus ait Mat. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Nisi hac iustitia Christi quis fuerit reputatus iustus, nemo coram Deo potest esse iustus, Plal. 142. Non iustificabitur

T in con-